

a.K.
188a

C.R.188a

(XAB 2 449)

Pi
1750

DISCURSUS HISTORICO-
POLITICVS
De
ADVOCATIS
ET
OECONOMIS
MONASTICIS
INNEXIS ALIQUOT
DIPLOMATIBVS ET LITERIS
VERE AVTHENTICIS
ILLVSTRATVS
CHRISTIANO FRANCISCO
PAVLINI.



JENÆ.
TYPIS GOLLNERIANIS.
ANNO
M. DC. LXXXVI.



REVERENDISSIMO ET AM-
PLISSIMO
DOMINO
D. JOSEPHO
INCLYTI MONASTERII LAMB-
SPRINGENSIS, ORDIN. BENEDI-
CTIN. DIOECES. HILDESIENSIS
ABBATI
RELIGIOSISS. ET MERENTISSIMO
PATRONO MEO SINGVLARI

Dissertationem hanc eā, quā
parest, observantiā

Offero

C. F. P.

Q. D. B. V.

§. I.

Vm Monachi, ex prisco instituto, tales esse
debeant personæ, qvæ in Monasteriis *puram*, *nachus*
& *humanis cogitationibus celsiorem*, *vitam a-* *quid?*
gunt, non autem vagantur per populos, sed elo-
quia divina addiscunt, eademque meditantur

& docent, uti eos ex Impp. constitutionibus
describit, Vir Cl. Henricus Petreus, JC. & Consiliarius Guelphi-
cus, Lib. de Monast. p. m. 53. utique summa illis religio, secula-
ribus negotiis, judiciis, & rebus œconomicis sese implicare.
Hinc cati Impp. & Reges, ceu *Supremi Advocati & Patroni*
Ecclesiarum, piâ intentione ipsis dedere *Advocatos, Patro-*
nos, seu Vice-Dominos, Innocentii IV. verbò, Defensores & Oe-
conomos, àdile/oder Kasten- Voigte und Schirm-Herrn/
laicos tamen & potentes viros, Principes, seu Comites &
Nobiles, aliquando Vasallos Monasteriorum, qvò, qvòd non
prævaleret Sacerdos efficere per doctrinæ sermonem, potestas
hoc impleret per disciplinæ terrorem. Isid. de prælat. p. 14. edit.
Genev. 1601.

§. II. Es befindet sich/ ait Cl. Lehmannus in Chron. Spi-
rensi L. II. c. 36. daß bey Kaiser/s/oder Königs Pipini, Ca-
roli M. und derer nachfolger/ Regierung / Könige / Für-
sten / vom Adel / und freye Bürger / mit viel mildern
Händen den Kirchen und Geistlichen stadtliche Stiftun-
gen eingeantwortet / groß Feldbau/ Weingarten/ und
andre liegende und Farenden Güter/ ohne Flecken/ Dörf-
fer/ ganze Gemeinden/ und grosse anzahl Leibeigener
Leute/geopfert/ und sonst verschafft. *Dieweil denn hie-*
A 2 zu

Advocato-
rum origo,

demonstra-
tur.

zu Verwalter und Regenten vonnöthen gewesen / die
 Bischoffe aber ihrem Geistlichen Stand und Amt un-
 ziemlich befunden / daß sie sich mit Weltlichen Geschäft-
 ten solten beladen / regieren / Hirschung / und der Be-
 stallung des Feldbaues / und andern / so Politischen Ver-
 richtungen anhängt / nachsehen und abwarten. So ha-
 ben sie deshalb auff allgemeiner Reichs-Versammlung
 geschlossen / und den Reichs-Ordnungen einzuberei-
 ben / und von ihren Königen / und Weltlichen Fürsten
 zubestätigen / und darob zu halten / gebeten / daß dem
 Königlichen Amt solle zugefügt werden / daß ein ieder
 König alle und iede Bisthum / Stift- und Kloster / mit
 einer Weltlichen Regiments - Person / so oft daran
 Mangel vorfällt soll versehen und besezen / und / auf ihr
 ungebührlich verhalten / Übergriff und Verbrechun-
 gen wieder abschaffen / wie denn die Könige und Stände
 der Geistlichkeit hierinn willfahrt / und den Reichs-Ver-
 fassungen / sonderbare Gesetze solcher Weltlicher Re-
 genten bey den Stift- und Klöstern einverleibet. Sol-
 che hat mani Advocatos, Voigt / oder Kasten-Voigt /
 und Vice-Dominos genennet. Confer, si placet, Lim-
 næum enucleatum Oldenburgeri L. I. c. 4. p. m. 21. Secken-
 dorffs Teutschen Fürsten-Staat P. II. c. 9. n. 7. p. m. 230.
 Meibomii Chronicum Marientahl p. m. 7. Bangertum not. ad.
 Chron. Slavor. L. III. c. 18. p. m. 338. Magerum de Advocatia
 armata, Weberum de Jure patronatus p. m. 65. seqq. Paurmei-
 sterum de jurisdic. Imp. Rom. L. II. c. 10. n. 22. seqq. Reinkin-
 gium, de R. S. & E. L. III. Class. I. c. 9. n. 75. & Autorem Dis-
 cursus: Ob die Reichs-Voigteyen wieder einzuführen?
 (qui fuit D. Daniel Hendcr / JC. & Syndicus Lindaviensis,)
 p. 8. & si. Vadianum de Colleg. & Monast. L. I. c. 5. Urstisi
 Basil. Chron. L. I. c. 5. Besoldi Thesaurum pract. sub voce Ka-
 steu-

§ 55

sten-Voigt/Maderum in præfat. ad Lector. Chron. Lauter-
berg.p.m.12.seq.

S. III. Ita Ludovicus Pius, fundat à novâ Saxoniæ Corbeiæ eaque here-
ditaria.
ad Visurgim An. C. DCCCXXII. nobiles Advocatos, jure hæ-
reditario, constituit & renunciavit potentes Rugravios à
Dassel, illustris Monasterii Vasallos. Audiamus Letznerum
L. I. Chron. Dassel.c. 3. ita fantem: Räyser Ludwig der From-
me/ als er das Räyserl. Freye Stift Corven einweihen
ließ/die drey Häuser Dassel/ Neuenober / und Fürsten-
berg/mit dem dazu gehörigen Sollinger-Wald / als ein
Räyserl. Lehn/an das Stift Corven/ GOT und S. Vit
zu ehren/geopffert und hingegeben/ also und der gestalt/
daß hinführro der älteste Graf zu Dassel/wenn sich unter
denselben ein Todesfall zutrüge/die iezt benannten drey
Häuser vom Stift Corven in die Lehn nehmen sollte. Und
hat sich domals hochermeldter Räyser an der Grafschafft
nichts vorbehalten/ auch zum selbenmahl die Grafen von
Dassel/weil sie unter andern des Orts die Fürnehmste
und mächtigste waren/ dem Stift Corven zu Schutz-
Herrn/ ädlen Voigten/ und Vorstehern gemacht / al-
so/ daß der Elteste dieses Stammes allezeit dem erwehlt-
und bestätigten Abte in Hochzeitlichen Fest-Tagen einen
silbernen Stab vortragen/ und sonst im Nothfall das
ädle Voigt-Amt bedienen/ und hiesiges Stift für Ge-
walt beschützen helffen müssen/ auch über das/ zu einer e-
wigen Uhrkund/ sich verpflichten alle Jahr auf S. Vit ei-
nen Hirsch/ und acht Tage hernach abermals einen in
hiesige Fürstl. Küche zulieffern / wie das also bissher ge-
schehen/ und noch alle Jahr geschicht. Hactenus ille.

S. IV. Mansit etiam hoc officium non interruptâ se- Qui Advo-
rie, penes Comites Dassilenses ab Ann. 822. usqve an. 1326. i. catia Corb.
c. integras 510. annos. Qvibus extinctis, Henricus, Comes

35)(6)(5)

ad Hildesi. Woldenbericus , XXXIV. Episcopus Hildesiensis, consens-
ens. perve- tiente Bernharto, Comite à Dassel, ex instinctu conjugis
erint? suæ, præfati Antistitis sororis Germanæ, qvæ cum marito
āπας in connubio vixerat, ad se pertraxit oppidum Dassel
castrumque Hundsrück / cum pertinentiis, ab Henrico
Lützelburgico, Imperatore, non verò Abbe Corbeiensi, in
feudum sibidatum. Qvod cùm in præjudicium Corbeiæ
damnumque peregrinantis Simonis, Bernharti Comitis
Fratri, (qvem mendax fama defunctum tulerat,) vergeret,
utique Simon, ad suos tandem redux, ægerrimè id ferens,
unà cum Abbe Corbeiensi Diterico I. à Dallwich, constan-
ter restitit, Henricumque Episcopum à quieta possessione
depulit. Hinc fœda lis inter Corbeiam & Hildesium ratio-
ne hujus feudi.

§. V. Tandem Simone à Dassel, ultimò gentis suæ piè
lis inter Hil- defuncto, successor & cognatus Henrici Otto, Comes Wol-
denberg. prætactum oppidum Dassel , cum Præfectura
Corbeiam. Hundsrück & sylva Sollingensi, aliisqve pertinentiis, in posses-
sionem quidem recepit ; at Henricus IV. à Spiegel, Abbas
Corbeiensis XXXVIII. eò rem perduxit, ut Episcopi Hildesiens-
es Abbatem Corbeensem , ratione Comitatū Dassel, pro
feudatario & legitimo Domino habere & reputare tene-
rentur, inqve memoriam & recognitionem hujus rei offici-
um Nobilium Advocatorum iis commissum, vicujus per Sub-
delegatos singulis annis in festo S. Viti Corbeiensi ministrâ-
runt, binosqve cervos, in obsidem feudi Sollingensis, circa
eandem solennitatem Monasterio miserunt. Vide Joh. Lez-
nerum Chron. Dassel. loc. cit. p. 3. d. Qui eodem libro c. 15.
fusius ita : Als nun Graf Bernhart III. ohne Erben
verstorben war/ und niemand vermeint / daß sein Bru-
der/Graf Simon/ noch am Leben hätte seyn sollen / da-
rum denn auch Bischoff Heinrich den Hundsrück / das
Städt.

Städtlein Dassel/und die ganze Graffschafft eingenom-
 men/dadurch allererst Graf Bernharts heimlicher An-
 schlag an Tag kommen/darüber sich viellmuth erhaben.
 Denn der Abt des Frey-Käyserl. Stiftes Corven/ver-
 mög seiner habenden Gerechtigkeit/diesen Eingriff nicht
 verschwiegen/sondern darwieder protestiret/und den
 Bischoff anfechten müssen. Mittlerzeit weil sich die bee-
 den Theile/Corven und Hildsheim/über der Graff-
 schafft Dassel haderten/kam Graf Simon ganz unver-
 sehrt wieder zu Lande/den doch jedermann längst für
 tod und gänzlich verloren geachtet. Darum musste Bi-
 schoff Heinrich mit seiner Fahne wieder gen Hildesheim
 ziehen/und ist bald drauß Graf Bernhardts Gemahlin/
 des Bischoffs Schwester für Unmuth und Traurigkeit ge-
 storben. Ob nu wohl Graf Simon/als der rechte Er-
 be/den Hundsrück und die Graffschafft Dassel einge-
 nommen/auch ehlich worden/hat ihm doch seine Gemah-
 lin/Frau Sophia/kein Erben gezeugt. Orum zog er
 mit ihr von einem Hausse zum andern/und hielte mit den
 benachbarten Herrn/und denen von Adel friedliche gu-
 te Nachbarschafft/halff auch die Ehre Gottes und den
 Gottes-Dienst allenthalben befördern/begabte die
 Kloster Amlunxeborn/Corven/Fredelsheim/und Lip-
 poldes-Berg. Er hielte sich die meiste Zeit zu Göttingen
 auf/und stund mit Herzog Otto von der Leyne in grof-
 ser Einigkeit und Freundschafft/welcher auch durch ihn
 im Jahr 1316. das Haß Neuenober/mit seiner Zubehör/
 und andern Stücken mehr vom Stift Corven in die
 Lehn bekommen. Confer L. II. Chron cit.e. 2. Mansit ita-
 que nobilis Advocatiæ dignitas penes Hildesienses 192. annis.
 sed An.C.1521.una cum oppido Dassel & castro Hundesrück,
 ad Serenissimos Duces Brunsuicenses devoluta.

Advocatis
 ab Hildes.
 ad Bruns-
 cen v. m.

§. VI.

Fundatores
etiam Ad-
vocat.

§. IV. Imperatorum verò Germanorum temporibus mos invaluit, ut Principes & Comites, cùm in terris sibi subjectis Ecclesias & Monasteria fundâssent, Jus *Advocatiæ* sibi, hæredibusque suis, in iisdem aliquando reservarent. Vide *Lehmanni Chron. Spir. L. IV. c. I.* Qvod Wicbertus Marchio de *Groiz* in fundatione insignis cœnobii *Pegavien-sis*, Ordinis Benedictini, cuius primus Abbas fuit Wyn-dolfus, Monachus *Corbeiæ Saxonie*, Comes de *Padtberg*, (Vid. *Chron. Bigangiense ad ann. 1106.*) & Dedo, Comes *Wettinensis*, post à Lothario Marchio *Misniæ* constitutus, in erectione Monasterii *Lauterbergensis* Canon. Regul. Archi-Diœces. (olim) Magdeburg, non procul ab *Hallis Saxon.* in monte *Petersberg* dicto, catè observarunt. Fabricus *L. I. Annal. Misn. p. 97.* Albertus & Ludovicus Fratres, & Comites ab *Hackeborn*, Fundatores Monasterii *Monialium in Hedeslebe*, Diœces. olim, nunc Principatus, *Halberstad.* Ordinis Cisterciensis, cœnobium quidem ab omni jure *Advocatiæ*, seu actione quilibet, jugiter absolvebant, præterquam in occidente cujuslibet, super quo debet *Judicium sangvinis* ventilari. In quo casu, ajunt, nullum alterius dominium peti volumus aut requiri. Dat. in *Wipera* Ann. 1265.

Wyndolf.
Com. à
Padtberg.

§. VII. Dixi de Wyndolfo, primo *Pegaviensi* Abate, Comite à *Padtberg*. Memini, me olim apud Dn. Fridericum Henckhusium, *Monast. Corb. Subpriorum*, Virum devotum, eruditum, & monasticarum antiquitatum egregiè peritum, Amicum, dum viveret, sincerum, vidisse membranulam, in qua, manu Marqvardi, (ut ipse putabat,) Abbatis Corb. XXII. hæc interalia erant scripta : *Ad perpetuam memori-am* : *Hildelinus, frater noster de Sigelsteēn, cum dilecto Wyndolfo meo de Padtberg, & cum aliis FF. è terra S. Viti Pegavium profectus, ut novam ibi plantet Ecelesiam in nomine Domini feliciter. Sigfrid à Plötkze, cum Henrico ab Horsde-*

IV .2

mar

mer, Hillebold. à Melrode, & Sifrid. de Bracket, & alii
 è Corbeia iherunt Ullesen in pago Barduwich, Diæces. Farden-
 sis, ubi Bruno, Dux, Episcopus, & Summus Pontifex fundavit
 Monasterium Sanctimonialium regulæ nostræ; Thitmarus
 verò, ejus successor, svadente Rixa, Imperatrice, in claustrum
 Monachorum convertit. De Erpone, Comite à Padberg,
 vide sìs Monum. Padeb. edit. Amstelod. p. 141. De aliis hujus fa-
 miliæ, Hermannum Kersenbroch in catalogo Episcop. Pa-
 deb. in Histor. Johann. ab Hoja, & Chronicor Engelhus. p. m.
 286. Padberg verò olim castrum fuit, seu arx benè mu-
 nita, inqve monte condita, haud procul monasterio Bre-
 delar. Ord. Cisterc. Hinc in literis de ann. 1263. quarto Id.
 Mart. Johannes & Godschalkus se nominarunt Dominos
 castri in Padberg. Etiam oppidum, seu civitas, hujus no-
 minis fuit, ut ex literis de anno 1376. secunda fer. ante fest.
 S. Laurent. Mart. & Diacon. datis vidimus, in qvibus Frede-
 ricus Senior **Von dem Olden Huſe / Fredericus von dem**
Negenhuſe / Freder. von den Olden Huſe / Johannis filii,
 Hermannus Domini Johann. F. & Fred. Frederici F. Senioris,
 to heeden Huſern to Padberg / Consulibus, totiqve uni-
 versitati civitatis Padbergensis, antiqua privilegia confir-
 mant. Jam verò vilissimus pagus est, ipsiqve pauperculi
 nobiles à Padberg, ut ex ore eorum habeo. Hildelinus **Hildelin.**
 autem, cuius membranula meminit, fuit Dynasta, seu Co-Com. à Si-
 mes à Sichelstein: de qvibus Joh. Letznerus in Historia Karo-chelstein.
 li M. c. 41. & c. 12. Annon Brudo, Eqves auratus, Dominus
 in Sichelstein, ob homicidium conjugis suæ, ad perpetuum
 carcerem Corbeiæ damnatus? Hamelmannus de famil. e-
 mort. p. m. 146. Comitatum hunc tandem jure belli obtinu-
 it Otto, Dux Brunswicensis. Hinc semper gessit in aurea ca-
 tena aureas falces, goldne Sichelii. Et sic qvoqve exsculp-
 tus cernitur in sepulcro suo Wiberhusano. De ipso ortu &

B

pro-

progressu Monast. Pegaviensis latius egimus in *Theatro nostro Virorum Illustrium Corb. Saxonice* nuper admodum edito. Ceterum ne nescias, mi Lector, Brunonem, Ottonis, Ducis *Bruno* fun Saxoniæ, & Sveviæ, (non *Sveciæ* & *Bavariæ*, seu *Carinthiæ*, ut dator Mo. vult Engelhusius in *Chron. p. m.* 180.) & *Judithæ*, Ducissæ *nast.* in *Vl.* Lotharingiæ filium, *Ludolfi* Imp. nepotem, Ottonis M. pro-*sen.*

nepotem, humilem *Corbeiæ* Saxonice monachum, postea Episcopum *Ferdensem* XVI. fundasse monasterium in *Ullesheim*, seu *Ullsen*, ut epitaphium ejus habet in Ecclesia cathedrali *Ferdensi* adhuc conspicuum. Factus hic postea Pontifex Maximus, & *Gregor. V.* seu *Minor*, dictus, autor Collegii Electoralis, qvo de in citato *Illustrium Virorum Theatro* fusius. Thitmarus vero, successor Brunonis in sede *Ferden-*
si, claustrum istud monialium, jussu Lotharii, svadente
conuge ejus *Rizinka* (alias *Rixa*, *Rizza*, *Richza*, *Ritzin-*
cha, *Richnsa*, *Richensa*, Ducis Henrici ad Wiseram, Co-
mitis à Northeim & Bomeneburg F. *Chron. Qverf. L. II. c.*
33.) in monasterium monachorum convertit Ann. 1242. In-
dict. *V. Pontificatus* sui XVI. Primus hujus cœnobii Rector,

Sigfrid. à Plötzke. seu Abbas, erat *Sigfridus à Plötzke*. Potentiam horum Comitum vel inde colligo, qvod aliquando dicantur *Marchiones*: ut aperte constat ex *Chron. Lauterberg.* ad ann. 1133. Conradus Archiepiscopus magdeb. Bernharti, Comitis à Plötzke, arcem obsedit, cepit, destruxit. *Chron. cit. ad ann* 1138. Helfrid. & Hermannus Fratres, Domini à Plötzke, erant Burgravii magdeb. ann. 1117. *Chron. Saxon.* Henricus ab Horsdemer, Hillebold à Mevelrode, Sigfrid. de Brackel, omnes fuere cœnobitæ Corbeienses, Ullesheimium missi.

Horstmar. *Horstmar*, amplum olim dominium, nunc Præfectura Diœces. monasteriensis. Apud *Arnold. L. V. Chron. Slav. c.* 3. mentio fit nobilis viri Bernharti de Horstemer. Mevelrode, *Melverode*. nunc *Melverode*, insignis pagus propè *Brunsvicum*. Bruno,
qvo

qvo de locuti sumus, etiam fuit Dominus à Melverode, teste Chron. Saxon. ad ann. 984. Conf. Krantz. IV. Saxon. 27. Antiqua olim Ducum Saxon. arx & sedes, qvi se constanter nominarunt *Dominos in Mevelrode*. *Johannem*, Comitem in Brabeckel, ceu testem, reperi in literis ann. 1230. *Nobiles Brackel*. sane fuisse Dominos, antiqua me docuere documenta. De Bardwick autem Diœces. Fardensis, qvod *Bardevicum Bardevi-* est, vide aureolum Commentarium Pl. Rev. & Excell. cum. Dn. Casp. Sagittarii, S. Theol. D. inqve inclyta Acad. Jenens. Hist. PP. German. Antiquitatum Indagatoris diligentissimi & felicissimi, Amici pl. colendi, editum ann. 1674. qvi omne tulit punctum. Nos ad *Advocatos nostros*.

§. VIII. Vel Fundator liberam licentiam dedit eli- *Libera po-*
gendi & amovendi *Advocatum*: ut *Burcardus II. Episcopus testas eligen-*
Halberstad. XII. (Cent. Magdeb. nominant Bernhardnm di *Advoca-*
C. XI. c. 10. Lamb. Schafnab. ad ann. 1059. *Bucconem*, He- *tum*
dio Buggonem, Engelhus. in *Chron. p. m.* 211. Bugonem.
Krantz L. V. *Metrop. c. 4. & 24. Burcardum*, cognomine *Bu-*
cconem, & *Bucam*, qvia ex honesta celebriqve *Bucciorum* fa-
milia Goslariæ natus erat,) fundator antiqui & opulentii
Monast. Huysburgensis in principatu Halberstad. familiæ
Benedictinæ, Ann. 1084. Kal. Noveembr. indict. octav. anno
vero ordinationis suæ XXV. fecit, qvo de in *Annalibus no-*
stris *Huysburgensis*, sive *Geô*, prolixius. Sic autem ille:
Concedimus, ut etiam Abbas loci ipsius sibi *Advocatum* pru-
denter eligendo statuat, quem causa animæ suæ in necessitati-
bus suis indifferenter adesse considerat, confirmante hoc Rein-
harto, Episcopo Halberstad. ann. 1118. XV. Kal. Nov. Indict.
XI. Et si, addit, *Advocatus aliter*, quam decet, agens, loco
incommodus extiterit, permisit industriae Abbatis, ut, *Episco-*
pis sui, & aliorum Dei amicorum auxiliò, illò remoto auctoritate & removen-
Apostolicâ, idoneum substituat, qui surrogatus nullum ab E- di
pisco-

piscopo servitutis debitum pro advocatione rependere cogatur, sed uterque pro defensione loci eternam remunerationem speret et consequatur. Quae verba repetunt & corroborant Udalricus ann. 1158. indict. V. & Gardolfus, Episcopi Halb. ann. 1196. Horum statuta & confirmationes Calestinus III. ann. 1197. & Innocent. IV. pace & fulmine suo fortius muniunt.

*Advocatio
emta,*

§. XI. Emtum deinde hoc officium & dignitas Advocatiae, non modo ab *Advocatis*, ut patet ex literis Gardolfi ann. 1197. sed & ab ipsis Abbatibus, quod Eckstormius probat *Chron. Walckenried. p. m. q. i.* ita inquietus. Ann. 1229. Monasterium Walckenried pro *Advocatia*, quam Comites Hohnstenni ab Imperio in feudo habebant, ipsis numeravit XXXVI. marcas argenti. Et Rudolfus à Bernang, XLVIII. Abbas Friburgensis, *Advocatiam* sui Monasterii ab Alberto, Barone de *Saxen*, *Advocato* pro 250. marcis emere coactus est ann. 1257. Quam emtionem postea Fridericus II. Imperator approbans, cœnobium ab omni jurisdictione Patronatus & *Advocatiae*, seu quibuslibet subjectionis officiis, universaliter exemit, teste Bruschio in *Chronol. Monast. p. m. 52.* quem exscribit Magerus de *Advocat. c. i. n. 32. seq.*

*Advocati
ab Oecono-
mis di-
stincti.*

§. X. Erat vero secundum Lehmannum, L. II. *Chron. Spirens. c. 36.* munus *Advocatorum* Monasteria & Ecclesias, unum cum eorum bonis & hominibus defendere, judiciis, rei que œconomicæ præesse. Qui tamen cum insigni Goldasto in *Gloss. ad Burch. lib. de casib. Monast. S. Galli p. 414. Tom. I. rer. Alemann.* *Advocatos* cum *Oeconomis* confundit. Hi enim saltem earum rerum, quæ ad vitæ alimoniam, & redditus Ecclesiasticos pertinebant, curam gessere. Evidem imprærie aliquando sic dicebatur *Advocatia*. Etenim de *Advocatia* V. mansorum in *Asterendorp*, & dimidii & quatuor in *Reynsted* vidi literas Friderici, Episcopi Halberstad. ann.

*Advocatia
improprie-
sumta.*

35) 13) 5

ann. 1224. & de *Advocatia* VIII. mansorum in *Rosten* literas
Meinharti Episcopi ibid. ann. 1244. Distincta erant munia e-
tiam in veteri Ecclesia Oeconomi & *Advocati*, qvod vetusti
Concilio. *Carones*, e. g. *canon XXIII. Concilii Chalcedon.*
can. LXXVI. Concil. Carthag. confirmant, & in qibus di-
stinctio τῶν οἰκονόμων, ἡγάλων ἀνδίκων, probenotanda est.
In Ecclesiæ etiam Constantinopolitanæ muneribus Eccle-
siasticis *magnus Oeconomus Ritual. Græc. p. 275.* censum, ex-
pensarum, & ratiociniorum in Episcopatu rationem ha-
bens, ὁ πρωτέας, i. e. *primus defensor*, dicitur, respectu a-
liorum ἀντικειμένων, seu *defensorum*, vel *Advocatorum*, qvos inter
eminebat, ad curam captivorum suscipiendam, utque sit ju-
dex querimoniarum, qvæ deferuntur ad forum. Distinctè
qvoqve de utriusqve officio Imp. Fridericus I. in privil. ec-
cles. Goslar. ann. 1188. dato: *Perlatà ad Nos importunitate,*
quam in bona Ecclesiæ nostræ Goslar. aliquando exercere præ-
sumserint *Advocati*, vel villicationes ejus locando, qvod nihil
ad eos, vel hereditates litonum Ecclesiæ suæ usurpando,
vel etiam mansos Ecclesiæ novis collocando colonis. *Nos*
hæc illicita de cetero fieri authentico prohibentes edictò, nul-
lam permittimus *Advocatis* ad alia peragenda potestatem.
Cùm enim de jure Advocatorum coram Nobis in palatio Gof-
lar. qvæstio moveretur, de communi Principum consilio sen-
tentiatum fuit, qvod in bonis Ecclesiarum Advocati nihil juris
haberent, nisi tantum in tribus casibus, in furto videlicet, in
pugna & in raptu: Et omnes aliæ quæstiones essent ad Oeco-
nomum, seu villicum Ecclesiæ peragendæ. Idem patet ex
antiqvioribus diplomatibus.

§. XI. Hi Nobiles *Advocati* (qvos *Principales* vocant officium Ad-
Privilegia Reichersbergensia p. 202. & 210.) habebant inter-
vocatorum.
dum, titulò beneficiariæ concessionis, *Sub Advocatos*, seu
Sub Advocatores suos, eratqve primarium eorum munus,
ecclesiæ & monasteria, eorumqve bona & homines, in

mundi burdium, seu tute iam & defensionem, ac patrocinium recipere, fundationes, oblationes & donationes Abbatum seu Episcoporum confirmare, denique jus dicere in causis criminalibus, super furto, stupro, rapinis, incendiis, &c. à quibus omnino abstinere oportet religiosos homines.

Consensus

Advocat. & Episcopis, nihil agebant *Advocati* legitimè : ita vicissim illi, sine horum consensu & autoritate, nihil audebant ratificare. Sane in dedicatione *Basilicæ* in monte sancto, (auf dem *Hilgenberg*) è regione civitatis *Huxariensis*, à *Werner*, *Peccatore*, (ut se vocat,) & *Abbate Monast. BB. Martyr. Stephani* atque *Viti* XX. ann. 1078. fundatae, à *Poppone* verò, Episcopo *Paderbornensi*, ut *Viciniore*, consecratæ, meminit *Abbas*: *Advocato* suo *Ottone* Duce assentiente, & traditionem ejus confirmante, *prædictum Popponem bannò suò hæc acta semel*, iterumque & tertio confirmasse. Cum *Folckmarus I.* indignus *Abbas* novæ *Corbeiæ* IX. (non *Bovo* III. ut *Bucelinus* vult. *Germ. Sacr. P. III. p. 55. a.*) ex hæreditate *Sigfridi*, Comitis *Walbeccensis*, qvæ conjectura *Meibomii* est in *Chron. Walbeccensi p. 2.* licet *D. Mirus* in *Encycliis Halberstad.* eum *Marchionem Misniæ & Lusatiae* faciat, *Martin. Milagius* in *Vindiciis Anhaltinis* edit. ann. 1648. *Comitem in Gröningen & Kroppenstad*, singulari, at tristi, fatid (vid. *Chronic. Corb.* à *Meibom*. edit. & *Annal. Wittikindi annex. p. 135.*) insigne Monasterium familiæ Benedictinæ, circa Ann. 936. in honorem *S. Viti*, in pago *Hardgo*, in loco, cui vocabulum est *Westergroningen*, situm, juxta fluvium *Bode*, fundaret, traditionem istam fecit, adstante *Hogero Advocato*, aliisque testibus *Luibrando, Aged, Thiadmaro &c.*

Origo Cor-

*beiae ex vo. cto*ri, ne in tenebris cespitet aut labatur. expugnatâ tandem *to Karolino*. Ann. 775. à *Karolo*, in ipsa, ut ajunt, vigilia *Kilian*, omnium firmissimâ ad *Visurgim arce*, *Krantz. L. 2. Sax. c. 10. tribus*

bus seculis ante natum Christum (nī fabulosa fuit antiquitas) à Brunone, nobile & potente Saxone, condita, absqve suo nomine Brunsberg, seu Brunsburg dicta, (Vid. Monum Padeborn. p. m. 72.) adhuc in Diœcesi Corbeiensi conspi cuà, voto se obstrinxit Christianissimus Imperator, Regalem Abbatiam, Ord. Bened. in memoriam B. Stephani, Principis Martyrum novi fœderis, super fluvium Wisera, in villa Regia, in loco, nuncupato dudum Huxori, ad normam & formam aureæ, seu veteris, Corbeiæ, haut procul Ambianis, ad ripam Somonæ fluvii, (non Wisaræ, aut Smumæ, illud Bro tufi L. I. Chron. Anhalt. c. 6. hoc Magdeb. C. XI. c. 6. p. m. 266. somnium est,) & rivuli Corbeiæ, qvi nomen ei aspersit, Bathilde, Beringeri I. Comit. Ballensted. & Ascan. fil. Clodovæ II. Dagoberti F. Francorum Regis, conjugé, Brotuf. L. I. Geneal. Anhalt. c. 6. Ann. 663. fundatae, erigere, exqve hac religiosorum hominum colonias deducere, eamqve propinqvo, seu nepotis suo ex sorore, S. Adelhardo, fideliter committere, tum ut munificentia piæqve gratitudinis illustre monumentum pro victoribus armis seræ posteritati publice relinqueret, tūm ut Saxones, nobilem, at duram, feramqve gentem, verâ Christi doctrinâ emolliret, & ex bellis, (ne quid tetrius dicam,) bella eqvidem metamorphosi, bellos tandem homines faceret, studiò atqve operâ Monachorum Corbeiensium. Verùm perpetui armorum stre pitus, qvi totam concusserant Saxoniam, lubrica infidelium ingenia, qvæ cum cane semper ad vomitum, & sexcenta alia discrimina sanctum hoc propositum, eà saltem tempestate, sufflaminabant. Post excessum verò Karoli, Ludovicus, Pius Filius, anno regiminis sui primo, Ann. 815. in publicis Comitiis, Padebornæ in Westphalia habitis, pium Genitoris institutum approbat, confirmat, innovat, & Adelhardo nobile istud Monasterium, seu Regalem Abbatiam, ut Kranzius Comitia Pa. deborn. vocat

vocat L. II. *Saxon.* c. 21. ad mentem Karolinam, in ripa Vi-
 surgis nunc demum construi & fabricari seriò mandat. Adel-
Corbeia in hardus verò in eremum Sollingensem cum fratribus se ab-
Sollingo. didit, ibique ad rivum *Holschamindam*, in ditione Comitis
 Dasselensis, sacra limina & angusta tecta condidit, ibique
 septem annis aspere & devotè vixit, confirmante hæc o-
 mnia Stephano V. Quo fatò demum inde pulsus sit, latius
 narrat *Lezner.* in *Chron. Dassel.* L. VIII. c. 4. nosque si Domi-
 nus voluerit, aliò die. *Venerabiles autem & sacrosanctas B.*
B. Stephani Stephani reliquias, ut Pius Ludov. loquitur, ex sacro palatio,
reliquiae. eqve capella sua misit Corbeiam, primarius tamen hodie e-
 jus patronus est *Vitus.* Hinc dicitur Monasterium *BB.*
Mart. Stephani ac Viti. Et Wittekindus, Monachus Cor-
 beiensis nobilis suorum temporum *Historicus*, judiciò Baronii
Wittekin- (T. I. *annal. Eccles. p. m.* 366.) in *prefat. annal. ad Mathil-
dus. *dam Ottonis I. Imperat. & Adelheidis filiam se ultimum ser-*
vulorum Christi Martyrum Stephani atque Viti nominat.
Quid verò pagus olim? vid. *D. Sagittarii nostri Historiam*
Bardevici c. I. §. 14. seqq. qui unus instar omnium Tibi erit.
Pagus olim Prisci, locum aliquem denominaturi, scribebant, in quo pa-
quid? go, ad quem fluvium, & in cuius comitatu situs foret. Divisâ
 autem Germaniâ in *Ducatus, Marchionatus, &c.* ab anno
 MC. hujusmodi *pagorum* significatio exolevit. *Hardgo* verò
Hardgo. est *Hercynia*, longè lateque olim luxurians, postea excisa pa-
 gis oppidisque locum dedit, inque magnum *pagum*, i.e. pro-
 vinciam excrevit.*

Vnius Eccle- §. XIV. Interdum una Ecclesia duos, etiam plures, ha-
siae duo & plures *Ad-* buit *Advocatos*, diverso quoque respectu. Ita cum Mauri-
vocati tius, Comes à Spiegelberg, Abbas Corbeiensis XLVI. anno
 1444. teste Letznero *Chron. Corb. edit. secund. c. 29.* & alii
 tamen *Chron. Corb. edit. prim. c. 24.* & *Chron. Corb. edit. sec. c.*

68.p.

68. p. 146. annum 1434. substituit) cum Ottone, Duce Brunsvicensi, qui Uslariae residebat, pacem pepigisset sanctam & inviolabilem, cumque, ceu Nobilem *Advocatum suum*, recepisset & confirmasset, eodem anno feria quartâ ante festum corporis Christi Ludovicum, Landgravium Hassiae, etiam *Protectorem*, seu *Advocatum*, elegit contra Westphalos, alia tamen intentione.

§.XV. Tandem injustitia & rapacitas plerorumque *Advocati* vocatorum & Oeconomorum commovit Impp. Episcopos & fundatores, cur remoti? ut eos amoverent, & omne jus *Advocati* extinguerent, & *officia*, ut vocabant, planè supplantarent. Certè de injustitia Advocatorum vid. L. III. *Antiqv. Fuldestum* Brovveri c. 15. p. m. 254. De utraqve Meinardi, Episcop. Halberstad. literas de ann. 1244. ubi queritur: *ipso* crudelissimam tyrannidem exercere, ita, ut Ecclesia non amplius simplicem censum obtainere queant de bonis suis, sub tali & tanta tyrannide constitutis, quod suo etiam damnô didicit Ecclesia S. Mariæ Halberst. ut ex Privilegio Henrici VI. Imperat. ann. 1192. indict. X.KL. Mart. dat. liqvidius patet in *Hist. Halberst.* Excell. Dn. D. Sagittarii §. 53. p. m. 44. seq.

§.XVI. Quidam *Advocati*, boni & integri Viri, maliti- quidam am seculi seriò excedentes, salutisque suæ memores, sponte resignarunt, ut *Sigfridus*, Comes Blanckenburgicus, Mo- gnant. nast. Huysburgensis *Advocatus*. Quas literas, asteriscō dignas, integras & bonâ fide dabo, ut in antiquis membranis offendi.

In nomine Sancte & Individue Trinitatis. Fredericus, Literæ Fri- Dei gracia Sancte Ecclesie Halberstadensis Episcopus, in derici Epis- perpetuum. *Advocatorum malicia*, que diebus hys maliis in Ec- copi Hal- clesias Dei defevire consuevit, nos ammonet & compellit, utea, berst. que ad earum liberacionem perpetuam, per nostram providenci- am & laborem, rationabiliter fuerint ordinata, contra varios

futurorum incursum, qui, veluti flagellum inundans, in casu
 subsequente freqenter emergunt, tam valido nostre firmi-
 tatis munimine roboremus, ut & facti nostri memoria, quod
 in se proficuum continet, pariter & honorem, sub tali vigo-
 re consistat ac robore, quatenus à posteris inviolabiliter ob-
 servetur, & nullum à temeritate malorum contradictionis
 obstaculum sentire valeat in futurum. Ea propter notum es-
 se volumus universis Christi fidelibus, tam presentis tempo-
 ris, quam futuri, quod cum nōs Ecclesiarum Nobis in Domino
 suffragantium clamorem assiduum, ex filiorum querimonia,
 super Advocatorum violentiam, in cordis nostri amaritudine
 sepius audiremus, & Dilectus fidelis noster, Vir Nobilis &
 Deo devotus, Sigfridus, Comes de Blanckenborch, qui Advo-
 caciā Monasterii de Huysborch, & dilectorum Filiorum
 Abbatis, Prioris, ac totius Conventus electione, sub Dei ti-
 more pridem procurabat, manifestam Advocatorum malici-
 am, unā Nobiscum prospiceret, in se reversus timuit, si Advo-
 caciā, sibi ex electione commissā, usque in finem vitæ te-
 neret, monasterio sub libertate sua grave dispendium immi-
 nere. Volens igit̄ hac in parte & saluti sue consulere, &
 Monasterio precavere, ne postmortem sui ipsius quisquam
 heredum suorum juris aliquid in Advocacia sibi vendicare
 valeat, sicut eam de manu Abbatis regendam acceperat, ita
 etiam in manus ejusdem absolute resignavit eandem, petens
 à Nobis humiliter & devotè, quatenus cœnobio, commissō
 Nobis in animam, pro debito nostro consulere dignaremur.
 Nos igit̄ devocationem ipsius, in Domino commendantes,
 & super ordinatione cœnobii tam ipsius, quam Majoris Ca-
 pituli nostri oportunum consilium reqvirentes, invenimus
 tandem sanum & utilissimum fore Monasterium perpetuā li-
 bertate gaudere, & nullius Advocati importunitate, vel poten-
 cia intollerabili, quā plures premuntur Ecclesiæ, & quasi in

Resignatio

Advocat.

Monast.

Huysborg.

perpetua

Monach.

libertas.

servitutem luti & laterum sunt redacte, de cetero pregravari.
 Unde licet Monasterium memoratum super libertate ele-
 ctionis Advocati plura & valida privilegia noscatur habere,
 tamen si ancilla partem aliquam cum libera in eis obtainere
 videatur, illam penitus ejiciendam decrevimus, in hoc privi-
 legio de prudencium consilio statuentes, ut deinceps pror-
 sus liberum sit hac in parte, & tali libertate pro suo commodo
 perfruatur, ut nullum eligat, nullum unquam habeat Advoc-
 atum; & in causis majoribus, utpote furti, raptus & sanguinis, criminalia.
 quas religiosas non expedit tractare personas, eam dilecto in
 Christo filio Sigfrido Abbatii, suisque successoribus, graciam
 facientes, ut in causis talibus Mundiburdum statuant, qui vi Mundibur-
 ce & auctoritate nostrâ judicet, quae fuerint in judicandis: mu-
 dus Monast. tatis tamen presentis temporis personis hujusmodi, ne, propter
 hujus vacacionis frequentiam, pedem in Advocaciam sub-
 tili malignatione figere valeant, & in ea sibi juris aliqvid ven-
 dicare. Si eciam cause tales emerserint, que vires Abbatis assistentia
 excedere videantur, Nos ex tunc, ad vocacionem ipsius, ei Episcopi,
 fideliter cooperabimur judicando: ipse autem omne, quod
 exinde provenerit, emolumen tum habebit. In hunc mo-
 dum volumus, ut hujus Advocacie libertas, quae nostris in die-
 bus per Dei gratiam, nostramque promocionem restituta
 est libertati, penes Huyesburgense cœnobium, secundum pre-
 missa, nunc & in perpetuum libere conqvescat. Unde eciam,
 ut præfato Cœnobio, Nobis in Domino dilecto, per omnia
 caveamus, maximè, cum utroque jure, utroque gladio, & spi- & defensio-
 rituali & temporali gaudemus imperio, & regere ac defensa-
 re idem utroque gladio teneamur, Venerabiles Dominos hu-
 jus Sancte Halberstadiensis Ecclesie Episcopos universos,
 monemus, in Domino rogamus, attente consulimus eis fide
 sincera, in remissionem suorum, hys, peccaminum injun-
 gentes, & ad validam totius firmitatis cautelam, per Patrem,

& Filium, & Sp. Sanctum districtius inhibentes eisdem, ne, propter blandas amicorum adulantium preces, vel propter munera, que excecant, dictam *Advocaciam*, que prorsus libera est, alicui hominum, tanquam ignari libertatis premisse, in pheodare vel obligare presumant, nec excucionem aliquam, quacumque etiam necessitate eos cogente, contra voluntatem Abbatis & Conventus, faciant in eadem. Nos autem recognoscimus, & presentis scripti privilegio protestamur, quod, si malignari vellemus, quod absit a Nobis, ne quaque eam obligare, vel in pheodare, vel excucionem facere aliquo modō possemus in ipsa: quod maximē propter salutare remedium, tam a Nobis, quam a Nostris successoribus, statuimus inviolabiliter observandum, ne cœnobium memoratum per ea, que premisimus, in servitutem aliquam redigatur, de qua sine gravirerum dispendio & labore subito resurgere non valeret. Ad hæc Nos, qui propter ejus reverenciam, quam filius nihil negans honorat, predictum ejus cœnobium speciali Ejus dilectione diligimus, & semper intendimus honorare libertatem *Advocacie* cum omnibus bonis, que nunc possidet, vel in futurum justō titulo poterit adipisci, sub nostram Episcopalem protectionem. *Protectio E-* suscipimus, & bannō nostrō synodali confirmantes ea *Mopiscopal*is. nasterio, sub interminacione anathematis districtius inhibemus, ne quis, quacumque presumione temeraria, dilectos filios, Abbatem & fratres, in eis molestare vel gravare presumat. Si quis autem, suadente dyabolo, hoc attemptare presumferit, indignacionem Dei omnipotentis ac Beatorum Apostolorum Petri ac Pauli, & nostri anathematis vinculum se noverit incidisse. Hujus rei testes sunt *Meyn bardus*, Major Præpositus, *Arnoldus*, Decanus, *Anno* Præpositus, *Arnoldus*, Archidiyaconus in Oschersleve, *Conradus*, Erfordiensis Prepositus, *Borchardus*, Recheborch Præpositus

Testes



tus, *Conradus S. Marie Prepositus, Bernhartus, Vice Dominus noster, Ludolfus de Sladem, Bartolfus de Meynersem, Conradus de Branbere, Borchardus de Meynersem, Johannes Scholasticus, Albertus, Prepositus de Bureslo, Elgerus Prepositus Goslariensis, Conradus, de Vrobure, Tydericus Camerarius, Otto Richardus, Sacerdotes majoris ecclesie nostræ, Conventuales Johannes de Ilseneborch, Hinricus de Cunradesborch, Cæsarius de Hildesleve, Fredericus de Lutter, Albericus Laici, Tydericus, Major Advocatus, Wernerus & Conradus Fratres de Suseliz, Hugoldus & Hermannus, Fratres de Scherenbecke, Hermannus de Harbecke, Johannes de Gatersleve, Henricus de Cruge, Gerhardus de Papstorp, Tydericus, Marschalcus, Cunnemannus de Badesleve, & alii quam plures.* Acta sunt hæc anno Dominice incarnationis ac nostre reparacionis M. CC. XX. Indict. VIII. Presidente Sancte Romane Sedi Reverendissimo Patre Papa *Honorio*, hujus nominis III. Regnante Serenissimo Domino nostro *Frederico*, Romanorum Imperatore semper Augusto. Et ne super premissis omnibus aliquod posteritati, & precipue nostris Successoribus, dubium generetur, hanc paginam inde conscribi, & tam sigillo nostrô, quam Majoris Ecclesie, ac Conventûs antedicti, fecimus insigniri, maximè ob eam causam, ut eisdem nostris Successoribus tanto apertius detur intelligi, quod libertatem premissam sepedito cœnobio debeant illibatam in secula conservare, quod eis iteratò in ipsorum animas diligenter injungimus, *Venerabile cœnobium, cum omnibus ad idem pertinentibus, cum attencione devota eis commendantes in ipso, qui pro nostra salute pendens in cruce Matrem Virginem Virgini commendabat. Dat. Halberstad. per manum Tyderici, Notarii nostri.*

§. XVII. Ita Jus *Advocatiae* cùm in *Huysburgensi*, tūm aliis Monasteriis extinctum est. Hanc immunitatem egre-

giè confirmavit *Innocent.* IV. cuius bullam tecum communicabo.

Bulla Inno-
centii IV.

Innocentius Episcopus, Servus servorum Dei, dilectis Filiis Abbati & Conventui monasteri de *Huysborch*, Ord. S. Bened. Halberst. Diœces. salutem & Apostolicam benedictionem. Ex parte vestra fuit propositum coram Nobis, qvod clare memorie *Siffridus*, Comes de *Blanckenborch*, vestri Monasterii *Advocatus*, prudenter attendens, qvod *Advocatus*, Ecclesiæ idem intelligi debeat qvod *defensor*. Qvia tamen nonnulli, obmisso *defensoris* effectu, retinentes nomen impropriè *Advocati*, freqventer Ecclesiis magis obsunt, qvam prosunt, plus sunt oneri, qvam honori & per quos debent defensari Ecclesiæ, multociens molestantur, ac per hoc volens in posterum indemnitati dicti Monasterii precavere, jus *Advocacie*, qvod in ipso habuerat, in manibus qvondam S. Predecessoris tui, similiter Abbatis, liberè perpetuo resignavit: nihil in eo suis heredibus penitus reservando. Unde bone memorie F. Episcopus Halberstadiensis, Diœcesanus Vester, sui Capituli accidente consensu, duxit deliberatione provideda protestandum, ut nullus de cetero jus *Advocacie* sibi vendicet in eodem, concedens Vobis potestatem eligendi personam, qvæ *Mundiburdus* vulgariter nuncupatur, qvæ puniat furta, raptus & qvæ sanguinis vindictam requirunt, que per religiosos non est licitum exerceri, prout in literis inde confessis pleniùs continetur. Qvare Nobis humiliter supplicastis, ut que ab ipsis, Episcopo & Comite, facta sunt in hac parte, Apostolico curaremus munimine roborari. Nos igitur Vestris supplicationibus inclinati, resignationem, statutum, & concessionem hujusmodi, sicuti provide facta sunt, authoritate Apostolica, confirmamus, & presentis scripti patrociniō communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu te-

temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumserit, indignacionem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum Ejus se noverit incursum. Dat. Lugduni XII. Kal. April. Pontificatus nostri ann. II.

§. XVIII. Quantæ autem lites, ratione *Advocatiae* hu- *Lis Huysb.*
jus, anteqvam extingueretur, inter ecclesiam *Huysburgen*-*cum nobis-*
sem, & Henricum ac Ludolfum Fratres & Nobiles ab *Eylenstede*, *lib. ab Ey-*
lenstede. qvijure quasi hereditario eam sibi vendicabant, exortæ,
qvamqve prudenter à *Gardolfo*, Episcopo loci, compositæ
fuerint, ex literis ann. 1197. datis fusius videre est. Jam olim
sanxerat *Alexander III.* ut nulli mortalium liceret *Advocatiam*
hanc quasi beneficiarij jure in hereditatem sibi ascribere, nec a-
liquis prefatæ Ecclesiæ Advocatus constituatur, nisi qvem loci
ipsius Abbas sibi elegerit, ita, ut si inutilis vel gravis fuerit, ho-
minibus Ecclesiæ, liceat Episcopo, auctoritate Apostolicâ, eò re-
motò, alium, pro voluntate Abbatis, constituere.

§. XIX. At qvam ægrè hunc bolum, etiam post immu- *Sifridi*
nitatem, sibi eripi passi fuerint hæredes *Sifridi*, Comitis *heredibus*
Blanckenburgici, qvam miserè incendiis & rapinis eandem
ecclesiam vastarint, contrà qvam animose eam defenderit
Meinhartus. Episcopus Halberst. ex literis ejus vidimus. In-
fit enim : se & Ecclesiam suam, pro defensione Ecclesiæ *Huys-*
burgensis, murum & clypeum exposuisse, ad libertatem ejus ex
integro conservandam. Demum ann. 1251. *Siffridus*, Comes
Blanckenburgicus, in placito, ut ait, generali, beym hohen
Baum/ omni juri, si qvod in *Advocatia Monastica* hacte-
nus habere visus est, liberaliter, sincerè, & bonâ fide renun-
ciavit in perpetuum. Ecce literas!

Siffridus, Dei gracia, Comes de *Blanckenborch*, in per- *Literæ Sif-*
petuum. Qyoniam ea, qve circa temporalia fiunt & ordi- *fridi.*
nantur, negotia, per intervallum temporis à memoria ho-
minum elabuntur, nisi voce testium stabilita fuerint & fir-
ma-

mata, preterea vivaci littera commendata, nec non sigillo-
rum appensionibus eternata: idcirco, ad futuri temporis du-
biū penitus removendum, & quodquod ambiguum posterita-
ti venture omnimodè amputandum, ea, que per Nos raciona-
biliter sincero fiunt ex affectu, scriptis dignum duximus
commendare. Noverint igitur tam presentes, quam futuri,
quod, cum ad altam arborem, placitis ibidem generaliter in-
dictis, cum Principibus, & reliquis terræ Nobilibus, essemus,
& Nos pariter constituti, presentibus Viris Nobilibus & ho-
nestis, videlicet Domino *Meynharto*, Venerabili Halbersta-
densis Ecclesiæ Episcopo, *Wigero*, Decano, *Vollrado*, Preposi-
to Walbicensi, Canonicis Halberstadensibus, Laycis verò
Burchard de Querenvvorde, *Burchardo*, filio ipsius, dilecto
consangvineo nostro, *Olrico*, Comite de Regenstein, & *Ge-
rharndo*, Comite de Wernigrode, in presencia Domini *Ludolfi*, Abbatis Eccles. *Huysburg*. & *Tydenrici* de Aspenstede,
Renunciat Monachi Eccles. ejusdem, recognovimus in aperto, nihil o-
Advocatice, minino juris in Advocacia predicte Ecclesie Nos habere, & re-
nunciamus ex toto liberaliter & sincere Juri omni, SI QVOD
habemus in eodem, hoc fide bonâ, nec non effectu sincerô co-
ram predictis publice protestantes. Igitur Nos, ad caute-
lam magis abundantem, ne Ecclesia sepedicta *calumpniis*,
seu *versuciis nostrorum heredum* inquietari, sive dispendio
molestari valeat in futurum, anime nostre saluti, prout te-
nemur, ex debito duximus consulendum, nec non eidem
Monasterio solerti industria ex integro precavendum, & pre-
terea ab heredibus nostris omnem suspicionis notulam ob-
cidendam, & radicitus extirpandam, bonâ deliberatione ac
provida, cuilibet prorsus impetioni, quemadmodum in lo-
co supra dicto, ad arborem videlicet, recognovimus, sic
nunc in perpetuum renunciâsse, Nos integraliter profitemur.
Insuper actioni qualicumque & juri omni, si quod in premissæ
Eccle-

Ecclesie *Advocacia*, visi fuerimus habuisse. Filiis nostris *Hin-*
rico, Siffrido, Hermanno, Burchardo, prebentibus voluntari-
um arbitrium & assensum. Hujus rei testes sunt *Otto, Comes*
junior de Valckensteyn, Siffridus de Dietvorde, Arnoldus de
Sandberg, Milites nostri Castrenses. Gerardus, Clericus Do-
mini Abbatis de Huysborch, Notarius, cuius manu presens
auctenticum est conscriptum, & alii qvamplures. Et ut talis
renunciatio Advocacie Ecclesie videlicet supradicte rata, in-
convulsa, irrefragabilis, & stabilis omni tempore perma-
neat, & consistat, & ab omni inquietacione, impugnacione,
& in petitione Successorum nostrorum heredum sit libera-
eternaliter & secura, prenominate Ecclesie in robur vali-
dum & testimonium sufficiens presentem litteram eroga-
mus, appressione nostri sigilli validissime communiam. A-
ctum & datum Blanckenborch Anno Dominice incarnationis MCCLI. XIII. Kal. Maji.

§. XX. Ut igitur priscis temporibus munus *Advoca-*
torum latissimum erat, Jurisdictionis civilis & criminalis ad-
ministrationem complectens: ita, progressu temporis, mo-
*nasteria illam ipsa usurpare cœperunt, solō criminali *Advo-*
catis relictā, qvam pro arbitrio Abbates *ad tempus* in eos de-
tulere, vel feudi loco concessere. Ceterum, si quis scire velit,
qvanta Oeconomorum injustitia & rapacitas fuerit, qvam pro-Oecono-
terve Dominis & Principibus suis insultarint Pincerna & Da-mor, rapa-
piferi, & qvantum detrimenti indeceperint Monasteria, velcitas & inju-
ex subiectis videre erit literis, qvibus tuto fidas velim. Ma-stitia.
nus enim nostræ oculatæ sunt, qvod vident, hoc saltem, in ta-
*li eqvidem negotio, credunt.**

In nomine S. & Individuæ Trinitatis. *Conradus, divi-Litera Con-*
nâ favente clementia, Romanorum rex secundus. Si paci & radi, Impe-
tranquillitati Ecclesiarum Dei piâ & benignâ sollicitudine rat.
prospicimus, hanc vicissitudinem Nos à pio Creatore nostro

D

acceptare

acceptare speramus , ut & Regni nostri , Nobis à Deo com-
 missi,gubernacula in hoc tempore cum pace & tranqvilli-
 tate possidere valeamus,ac,post regnum hujus temporis , in
 regno æternæ beatitudinis reqviem apud justum judicem
 inveniamus. Notum igitur esse volumus universis Regni
 nostri fidelibus, tam præsentis,qvam futuræ ætatis homini-
 bus,qvaliter dilectus&fidelis noster *Wicboldus*,Corbeiensis
 Monasterii Abbas,multimodà necessitate ipsius Monasterii
 compulsus,exposuit in auribus Clementiæ nostræ *incommo-*
Pincerna *ditates & injurias*,qvas à *Dapiferis & Pincernis* suis quidam
rum & Da Prædecessores ejus sustinuerunt,& ipse à die Prælationis suæ
piferorum in eodem Monasteriō passus fuit, siqvidem *Dapiferi & Pin-*
malitia *cernæ*, & reliqui,qvi ministerii locum in domo Corb. Abbat.
 tenent,qvam dignitatem vulgari nomine *officia* appellant,
 quasdam abusiones in eisdem *officiis* sibi usurpaverunt , ut
 videlicet *omnia virtualia & universam substantiam domus*
Domini sui sub custodia sua teneant,&, cui placuerit,his,in-
 consulto Domino suo, eadem bona servanda, & passim di-
 stribuenda conferant , tantamque potestatem in istis *officiis*
 se asserere conantur,ut Dominis suis palam , & quasi *de jure*
suo,prohibeant, ne *claves & custodiam rerum suarum* alicui
 committant,Solent etenim de rebus Dominorum suorum
 proprias familias alere,ac milites suos pascere,in tantum ,ut in
 propriis domibus plerumqve aut tanta , aut etiam plura , qvam
Domini sui,defacultatibus eorum,qvas debuerant servare , ex-
 pendant,& in dissipandis bonis eorum modum omnino nullum
 teneant.Hujusmodi ergo *superflua & damnosas rerum suarum*
dissipationes cum prænominatus fidelis & dilectus no-
 ster *Wicboldus*,Corb. Abbas,de eadem domo eliminare , ac
 domum suam,secundum honorem Dei , & propriam utili-
 tatem,ordinare tentasset , qidam de Ministerialibus ejus
Rabono,qvitunc *officium Dapiferi* administrabat , cum fra-
 tre-

tre suo *Ludolpho*, & paucis consanguineis suis multum ordinationi ejus refragatus est, atque cum multa communinatione asserebat, quod potestatem officii sui, quam hactenus *Rabono*
 in domo illa exercuerat, nunquam, dum viveret, relictus *malè saus*
 esset, ita, ut sub imperio suo essent universa victualia Domini
 sui, ac potestatem de iis haberet tribuendi, cui vellet, nec dati
 aut accepti aliquam rationem *Domino* suo reddere, nec claves re-
 rum suarum alicui servare licet, nisi quem ipse ordinasset,
 Hæc itaque contradictione inter Ministeriales Corb. Eccles. à
 præfato Abbe, Domino suo, ventilata est & per iudicium
 eorum, tam eidem *Raboni*, quam omnibus, qui hujusmodi
 dominationem sibi de bonis domini sui usurparent, omnis
 potestas de committendis clavibus, & de custodia rerum Domini
 sui, adjudicata est, hancque potestatem Abbati Corb. præ-
 scripti ab ea sententia judicij unanimiter adjudicaverunt,
 ut claves & custodiam rerum suarum liceret ei committere, *Sententia*
 abqve consilio *Dapiferi* & *Pincerna*, cuicunque voluisse. *Judicis.*
Dapifero autem & *Pinceru* tale judicium adjudicaverunt, ut in victualibus Domini sui nullam potestatem,
 dandi, absque voluntate ipsius, prorsus habeant, sed cum Domi-
 no suo secundum debitum officii sui ad mensam servierint, hanc
 dignitatem de officio suo consequantur, ut, refecto Domino suo,
 ad mensam ejus cum ceteris Ministris de bonis Domini sui refi-
 ciantur, & præter hanc nullam aliam potestatem de rebus ipsius
 exerceant. Huic comparium suorum iudicio cum idem
Rabano acquiescere noluisset, prædictus fidelis noster *Cor-
 beiensis* Abbas apud Clementiam nostram impetravit, quod
 in plena curia nostra, quam *Spira* celebravimus, judicium
 super eodem verbo à ministerialibus Regni sciscitati fu-
 mus, qui etiam, in conspectu nostro & Principum Regni
 idem iudicium, quod *Corbeienses* invenerant, pari consensu
 asseruerunt. Aliam præterea molestiam idem *Rabono* Fra-
 tribus

Alia Rabo tribus, qvi Deo serviunt, in Corbeiensi Monasterio, irrogare
ni tentam præsumsit, qvod videlicet *infra muros & intra ambitum cimi-*
terii ejusdem Ecclesiæ hæreditariam mansionem sibi vendica-
vit, super qua mansione cum satis fuissest commonitus, tum
a FF. Monachis, tum à comparibus suis, quatenus ab ea de-
sisteret, noluit eorum salutaribus monitis obtemperare.
Unde Ministeriales Corb. Ecclesiæ, Judicii sententiam inter-
rogati, adjudicaverunt tam ei, quam omnibus secularibus,
beneficium in atrio Ecclsiæ, & qvod aliquis Abbatum tale
beneficium potuerit præstare. Cum adhuc reluctaretur,
Nos idem rogati à fideli nostro prædicto Corbeienfi Abate,
cum interrogasssemus Ministeriales nostros super eodem ju-
dicio, adjudicaverunt ei in conspectu nostro & Principium,
infra atrium Ecclesiæ omnem hæreditariam mansionem, & o-
mibus Abbatibus & Monachis talis beneficij concessio-
nem. Orta est nihilominus & alia temeritas ab eodem Ra-
bone, qod intra muros Corbeiensis Monasterii quandam si-
militidunem dignitatis sibi hæreditario jure vendicabat,
Burgravium. quam *Prefecturam* appellabat, & se *Burgravium* appellari
faciebat, cum omnes Abbates ejusdem Monasterii hanc po-
testatem semper sub se habuerint, ut qvicquid à suis *intra*
muros delinqveretur, aut ipsi corrigerent, aut Camerario,
vel Dapifero suo, seu alicui defamilia sua corrigendum, abs-
que ulla potestate in perpetuum mansura, committerent.
Hac autem potestate præfatus Rabono in tantum usus fuit,
*ut eam vulgarinomine appellarent *Burckbahn* / & secundum*
*morem alicujus Magnæ potestatis, sœpe *infra muros* placita-*
*rit. Et hujusmodi placita *Burgding* appellabat, ad quæ*
famuli FF. Monachorum de cogrina, aut de pistriño, seu de
qvolibet eorum servitio, cogebantur venire, qui etiam si
propter impedimenta servitii FF. occurrere non poterant,
violenter & contumeliose à famulis ipsius pertrahebantur,
&

Burg-
bahn.

Burg-
ding.

& panem aut escam Fratribus imperfectam relinqvere compellebantur. Hujusmodi ergo temeritatem de hac *Præfectura* circa *Corbeiense Monasterium*, ex judicio *Principum Regni*, prorsus interdicimus, & hanc potestatem in manu *Abbatis esse*, sicut antiquitus fuit, decernimus. Nam in *Vetribus Regum & Imperatorum præceptis* continetur, ut *Privil. Corb nullus Dux, nullus Comes, nulla alia secularis potestas, aliquam potestatem, infra muros ejusdem Ecclesia, exercendi judicium habeat*, sed per *Abbatem, & personas, temporaliter à se ordinatas, qvicqvid a famulis Monasterii, contra juris & æquationem, admissum fuerit, judicari oporteat, &, si qvid Principibus, contra Privilegium Imperialie, non licet, multo minus Ministerialibus licere constat.* Hanc igitur *Præfecturam, & supradictam infra muros Laicorum habitationem, atqve Dapiferi & Pincerne de committendis clavibus potestatem, ab aliquo usurpari, & hereditario jure, vendicari in supra dicto Monasterio nullatenus permittimus, sed has tres prædictas usurpationes, secundum judicia Ministerialium nostrorum, atqve sententiam Principum Regni, omnibus Laicis, decretò in perpetuum valituro, interdicimus, & horum omnium potestatem Abbatii attribuimus. Judicium *Judices. de clavibus* invenit *Conradus, Ministerialis noster de Haga, de habitatione infra muros & de Præfectura* judicium dedit *Ministerialis noster Conratus de Walthusen, Camerarius noster à thesauris.* Principes autem cum Ministerialibus suis interfuerunt; *Ortlenus, Basiliensis Episcopus, & sui ministeriales, Heremannus, Constantiensis Episcopus, & sui ministeriales, Gunderus, Spirensis Episcopus, & sui ministeriales, Eylulfus, Murbaccensis Abbas, & sui ministeriales, Walterus, Selsensis Abbas, & sui ministeriales, Fridricus, Campidonensis Abbas, & sui ministeriales, N. Wilzemburgensis Abbas, & sui ministeriales, Cleritis & Populus Wurmacesensis Ecclesiæ**

clesiæ qvæ tunc vacabat, Clerus & populus *Fuldensis* monasterii, qvod tunc vacabat, Clerus & populus *Laurishamensis* monasterii, qvod tunc vacabat, *Fridericus*, Dux *Sveviæ* & *Alsatiae*, & sui ministeriales, *Otto*, *Palatinus de Wichelisbach*, & sui ministeriales, *Hermannus de Badem*, & sui ministeriales *Wernerus*, Comes de *Havekesprech*, *Otelricus*, Comes de *Linzemburg*, *Wilhelm*, Comes de *Seitzberg*, Comes *Wilhelmus de Juvaco*, Comes *Imiko de Lingen*, Comes *Wilfra*, *mus de Werten*, *Marquardus de Grimbach*, *Arnold*, Dapifer de *Rottenburg*, *Heinricus Marscallus*, *Reingerus Pincer- na*, *Tiepertus*, Camerarius de *Winsberg*.

Signum Domini *Co- unradi*, Romanorum Regis secundi invi- etissimi.

Ego *Arnoldus Cancellarius vice Heinri- ci Maguntini Archi Episcopi & Archi Cancellarii* reco- gnovi.



Data anno Domini
cæ Incarnationis
MCL. Indict. XIII.
anno vero Domini
Counradi, Regis se-
cundi Invictissimi
XII. Anno Domini
Wiboldi, Corbeiensis
Abbatis III. Actum
Spiræ in Christo feli-
citer Amen.

§, XXI. Ita *Fridericus* libertatem dedit *Huysburgo*, fa-
ctâ Abbatibus gratiâ, ut delicta, qvæ causas majores vocat,
Mundibur- e. g. *furtum*, *raptus* per *Mundiburdum*, i.e. *Judicem*, ab Ab-
bate constitutum, vice, nomine & autoritate Episcopali pu-
nirentur. Ne verò sub hoc schemate aliquis astu iterum
cuniculos agat ad *Advocatiam*, inqve eâ juris aliquid sibi ven-
dicet, prudenter svalsit, ejusmodi *judices* subinde mutari, ne
eorum potentia validior ipsum Abbatem oppimeret. Me-
minerat enim fabulæ de *cane*, qvæ partu aliquando gravida
locum à pastore precariò petiit, in qua pareret: quo obten-
to

Fabula.

to , iterato petiit, ut sibi *educare eodem in loco catulos* lice-
 ret, ad postremum, *adultis catulis*, fultam domestico præsi-
 dio proprietatem loci, vendicabat. *Justin.* L. XLIII. c. 4.
 Prudenti pauca. Primus cœnobii *Huysburg*. *Advocatus*, ab *Advocat.*
Alfrido electus, fuit *Fridericus*, Comes *Sommerseburg*. *Otto Huysb.*
 postea Abbas eligit *Militem* ab *Eylensted*, qvō defuncto, *Hen-
 ricus I.* substituit *Sigfridum*, Comitem *Blanckenburgicum*,
 qvem *Sifridius I.* Abbas X. confirmavit, subqve co esse desiit
Advocatia Monastica. Hæc, Amice Lector, jam à Nobis
 accipe; Qvæsi placuisse intellexero, habeo adhuc
 alia, qvæ Tecum communicare qveo. Nos
 interim agemus


DEO GRATIAS.



AK 77/1050

Deo gratias.
Sed etiam gratias.
Hoc ymme pedator, sed et nō
miseratis monitores. Hoc ymme pedator,
qui dicitur teccum communis est diabolus.
Agnus Christi filius dei.
Agnus dei qui tollit peccata mundi.
Qui tollit peccata mundi, libera nos de peccatis.
Qui tollit peccata mundi, donum regni.
Qui tollit peccata mundi, misericordia eius.
Qui tollit peccata mundi, gratia dei.
Qui tollit peccata mundi, misericordia eius.

DEO GRATIAS.



a.k.
188a
DISCVRS
ADV
OEC
MC
IN
DIPLOM
CHRISTI
TYPIS
M.

